



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 94. Duplex pacis diploma, unum publicum, alterum secretum utrinque subscriptum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

hanc urbem teneat, donec ex partium **Sæcul. XVI.**  
consensu aliter statuatur.

**A.C. 1557.**

Ab hac tamen injuriarum oblivione  
excludatur Marcus Antonius Columna,  
necnon Ascanius Corneus, qui anathe-  
mate devincti permanebunt, quamdiu  
Summo Pontifici placuerit. Hæc ita  
Cavii die decima quarta Septembris per  
Caraffam Cardinalem, & Albæ Ducem  
firmata fuere.

§. XCIV.

*Duplex pacis diploma, unum publicum,  
alterum secretum utrinque sub-  
scriptum.*

Eodem die, ac loco clam in sequentes **Thuan. l. 18.**  
hosce articulos conventum est. I. **n. 6.**  
Joannes Caraffa Paliani loco compensa- **Pallav. c. 4.**  
tionem idoneam, Senatus Veneti arbi- **n. 1. & 2.**  
trio, qui pacis conciliatorem in eo ne- **Raynald.**  
gotio egerat, accipiat: dabatur autem **n. 14.**  
Caraffæ Rossanum opulenta in Calabria  
civitas, quæ ei cum principatus titulo  
concessa est. II. Hac compensatione  
accepta, ac sequestre amoto Paliani mu-  
nimenta diruantur. III. Idem Caraffa,  
qui olim Comes Montorius, nunc Pal-  
lianii Dux appellabatur, jus omne in Pal-  
lianum Philippo Regi cedat, ita, ut ille,  
in quem velit, transferre possit, si modo  
non sit juratus Pontificis hostis, aut di-

K k 2                   ris

**Sæcul. XVI** ris devotus; Hæc fuere addita, ut Marcus Antonius Columna excluderetur.  
**A C 1557** Quem articulum Albæ Dux Paulo IV. eo facilius indulgebat, quo certius hunc Papam brevi moriturum credebat, cum jamjam annum ætatis suæ octogesimum expleisset: eo autem mortuo Philippus Rex pro arbitrio suo de Paliana ditione disponere poterat. Porro utriusque fœderis articuli per Juliacensem Episcopum exhibebantur Pontifici, quibus approbatis, ac postea promulgandis Cardinals Sanflorianus, Aquilejensis Episcopus, necnon Albæ Duci Cancellarius tanquam testes subscripsere: secreti autem articuli, quos nonnisi Pontifex, Caraffa Cardinalis, & Albæ Dux noverant, per Sachetum, qui Caraffæ ab epistolis erat, firmabantur.

## §. XCV.

*Albæ Dux Papam Romæ accedens.*

**Pallav. n. 5.** Paucis post inita pæcta diebus decima  
**in act. Conf.** nona Septembris Albæ Dux Romam  
**sift. 20. Sept.** delatus, juxta pæctorum fidem Summo  
**1557.** Pontifici filiale obsequium præstabat.  
**Kayn. n. 17.** Præcedente Friderico ejus Filio ipsem  
 Dux vespere adventabat, altera vero  
 die debitum obedientiæ, ac submissionis  
 exsolvebat homagium, ad quod præ-  
 standum fæse suo, ac Philippi Regis no-  
 mine obstrinxerat, eumque Suñus Pon-  
 tifex